Universitätsbibliothek Paderborn

Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis Imperatrix S. Otho Episcopvs

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XX. De operibus eius in Patauiensi Episcopio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Visual Library

cum prius non niſi ſexaginta duos manſos habuerit, eundem numerum, totidem appoſitis, ipſe ampliare curauit.

De operibus eius in Epiſcopatu Eiſtetenſi.

CAPVT XIX.

IN Epiſcopatu Eiſtetenſi, quæ * Halesbrune dici- * Heilsbrunn.
tur, duodecima illi congregatio eſt de ordine Ciſtertienſi ſub patrocinio Beatæ Dei genitricis MARIAE. Ipſum autem fundum ingenti pecunia comparatum, magnis ſumptibus promouit in Abbatiam.

De operibus eius in Epiſcopatu Pa-tauienſi.

CAPVT XX.

IN Epiſcopatu Patauienſi ei tertiadecima congregatio eſt, quæ dicitur * Alriſpach; & quarta- * Allerſpach.
decima, *Clunica*, ſub patrocinio beati Andreæ Apoſtoli iuxta fluuium * *Aniſum*. Hanc autem * Ens.
à Lupoldo Marchione datam ſuſcepit, in cuius promotionem viginti manſos, & quinquaginta marcas impendit.

De operibus eius in Patriarchatu A-quileienſi.

CAPVT XXI.

ET in Patriarchatu Aquileienſi decimumquintum Cœnobium in Caſtro Arnoldeſtein, deſtru- Arnoldſtein.
ctâ munitione, conſtituit. Quadraginta verò & quinq; annis hoc caſtrum cum nonaginta quinque manſis ad ſe pertinentibus ab Eccleſia Babebergenſi abalienatum fuerat: quod ipſe multo labore & impenſa recupe-